



**Expositio verissima iuxta et succinta. : de rebus nuper bello  
gestis inter Allobrogum regulum et Helueticas regis Galliarum  
auxiliares copias : vbi suo loco paucis quoque mentio fit, de  
praelijs vario euentu hactenus inter regios exercitus et  
seditiosos vtrinq[ue]. commissis : Additis quae ex Italia  
eodem spectantia bonis autoribus scribuntur nuncianturq[ue]**

<https://hdl.handle.net/1874/428561>

EXPOSITIO  
VERISSIMA IV-  
XTA ET SVCCIN-  
CTA.

DE REBUS NVPER BELLO GE-  
STIS INTER ALLOBROGV M  
REGVLVM ET HELVETICAS  
REGIS GALLIARVM AV-  
XILIARES COPIAS;

VBI SVO LOCO PAVCIS QVO-  
QVE MENTIO FIT, DE PRÆLIS  
VARIO EVENTV HACTENVS  
INTER REGIOS EXERCITVS  
ET SEDITIOSOS VTRINQ.  
COMMISSIS.

ADDITIS QVÆ EX ITALIA EODEM  
SPECTANTIA BONIS AVTORIBVS  
SCRIBVNTVR NVNCIAN-  
TVRQ.

Isoerat. IN PANEGY.

Μόνον ἐν τῷτ' ἀγαθὸν ἀπολάναις μεν ἐκ τῶν κινδύνων τῶν πρὸς  
ἡμᾶς ἀνίσχει ταῖς ἐμπειρίαις ταῖς ἐκ τέττων γεγενημέναις  
πρὸς τὸ βαρύθαρον καταχρησταῖς δόξειν ἡμῖν.

A V G V S T A E R A V R A.  
C O R V M.

C I C I D X X C I X .

О ПОСЛАНИИ

У АМЕРИКАНСКОГО

САНКТУАРИЯ

САМОГО

ТО ОДИНАКОВЫХ СВЯЩЕННО

МУОВАНОГО СЛУГИ БОЖЬЕ

САМОГО МАСТЕРА

САМОГО ГЛАВНОГО

САМОГО СВЯТИХ

САМОГО СВЯТИХ ОДИНАКОВЫХ

**V**M absque contro-  
uersia sit, Christiane & bene-  
uole Lector, Sabaudicos &  
Helueticos Geneuensesq; mo-  
tus, qui iam in apertum & cruentum bel-  
lum eruperunt, maximi momenti esse, pro-  
pterea nemini, cui grata Respubl. atque  
Orthodoxa Relligio (vti certè omnibus ef-  
se debebant) curæ est, vitio vertendum ex-  
istimamus, si qui de euenturei anxij atque  
solliciti, de omnibus rebus, vti gestæ sunt,  
è certis authoribus, certiores fieri cupiunt,  
quum difficile, interdum etiam penè ~~adū-~~  
~~vælo~~ sit, extot & tam varijs atque contrarijs  
nuncijs atque rumoribus, certum aliquid  
& id quod res est, colligere: Quamobrem  
nos operæ precium facturos existimauim-  
us, si rem omnem, qua fieri potuit, breui-  
tate, quām verissimè & simpliciter comple-  
ctemur & quasi oculis subijceremus. Res  
autem in vicinia Rcipub. Geneuensis, dein-  
de ad lacus Lemani ripas gestæ ita se habent.  
Conueniente tandem exercitu in Gaiensi  
præfectura & pagis vrbi Geneuæ vicinis,  
quum plerisque placeret arcis illius in rupi-

CLVS A  
oppugnan  
di consiliū,  
sed irritū.

bus sitæ & accessum æquè ac transitum ist-  
hac exiguo præsidio contra quemcunque  
exercitum & vim maximam facilimè pro-  
hibentis , quam vulgo Clusam appellant,  
oppugnationem alia ex parte repetere , vt  
tota interior regio occlusis semel illis Iuræ  
montis fauibus , libera & tuta esset ab o-  
mni hostium incursione : vicit tum eorum  
sententia , incertum quo consilio , qui to-  
tum exercitum per vrbem Geneuam (quod

Transitus  
exercitus  
totius per  
vrbem &  
ditionem  
Geneuen-  
tum.

Ripalia  
descriptio  
& oppu-  
gnatio.

quidem non sine omnis interiecti agri va-  
statione fieri potuisse vnuſquisque ſponte  
conijciet) in alteram lacus ripam traijciend-  
um censuerunt : vbi Tononio cum cir-  
cumiectis aliquot arcibus vltrò ſeſe deden-  
te , Ripalia , eō deuectis ex vrbē Geneuensi  
maioribus tormentis , oppugnari cœpta eſt.  
Is locus neque ſitu , neque antiqua vlla mu-  
nitioне , ſed fossa tantūm recens ducta , &  
vnius mensis opera congeſto aggere com-  
munitus , quum acriùs reſiſteret , quām nō  
nulli exiſtimaffenſent , & hostis ex vicinis mon-  
tibus ſeſe oſtentaret , datisq[ue] noctu ſignis ,  
accenſis videlicet facibus , præſidiariorum  
militum & obſefforum animos confirma-  
ret , ecce

ret, ecce de oppugnatione desperātes non-  
nulli Heluetiarum copiarum duces (an ini-  
tium à Solodorensib. factum ambigimus)  
ad Censum Regis Legatum accedunt hor-  
tantes, vt omisla obsidione Galliam versus,  
ipsi videlicet Regi non in Sabaudia, sed in  
Gallia militaturi ducantur. Recusat hoc fa-  
cere Censius, testatus sese cum exercitus re-  
liquijs vel Ripaliam recepturum, vel illic, si  
sit opus, moriturum. Ita repressis illis, cùm  
postridie instaurata esset oppugnatio , &  
Germani pedites paucis ex suis desideratis,  
ad ipsum penè intimum propugnaculum  
strenuè admodum peruaissent: en circiter  
vesperam hostes ex montibus prorumpen-  
tes, Martinengo duce, sese partim Tono-  
nio , partim regiis castris magno cum tu-  
multu, inferunt, sub sidium obfessis allatu-  
ri, vel Tononium saltem recepturi : quo  
minùs autē id obtinuerint, patentur omnes  
diuinitus potiùs, quàm humanitus factum,  
Heluetio milite (quamvis tempestiuè præ-  
monito vt sese quisq; in sua statione ad ho-  
stis impetum excipiēdum compararet) ad-  
modum tamē negligenter huc illuc discur-

Heluetio-  
rum quo-  
rundam a-  
nimā alieni  
a bello Sab-  
audico.

Irruptio in  
castra Hel-  
vetica.

rente, vt penè eximprouiso accipi insignis  
clades potuerit: sed Deo ipso cœlitus toni-  
tru & pluuiia hostem verberante & auerten-  
te, Heluetiisq; paulatim interim congloba-

Martinens  
gus vulue-  
ratur.

tis ac in suos ordines deductis, ipso Marti-  
nengo in altero femore iectu maioris Sclo-  
peti, cui milites adminiculum adhibere so-  
lent, quo illi suffulti certiore & minùs vacil-  
lante iectu destinatum locum figunt, quod  
genus armorum vulgo Mosquetum vo-  
cant, grauiter sauciato, & duobus cæsis ex  
præcipuis eius equitibus commilitonibus,  
Sanciergus  
& Virius  
eœsi.  
Sanciego videlicet & Virio, statim hosti-  
les copiæ, non paucis in ipsa fuga Sclopeto-  
rum grandine partim vulneratis, partim in-  
teremptis, sese ad suorum præsidia in mon-  
tes receperunt, quos si Heluetii fortiter es-  
sent infecuti, probabile est, profligari pror-  
sus totum illum, qui nunc omnia in agro  
Geneensi populationibus & excursioni-  
bus non solum infesta reddit, sed etiam tan-  
tos sibi Spiritus sumere fecit, vt à minis ob-  
fidendi Geneuam haud abstinuerit hostis,  
Sabaudicas copias iam de fuga prospicien-  
tes, potuisse. Vbi manifestum nobis exem-

plum

plum ob oculos ponitur , quotiescunque  
armalegitima, non temerè, sed re priùs ma-  
turerè deliberata, ad propulsandas illas iniu-  
rias, hosti fidem violanti & insidias nobis  
struenti, necessariò, & felicibus auspiciis, se-  
mel sumpta, paucorum maleferiatorum in-  
solentia & importunitate , aut deponere,  
aut aliò transferre cogimur , fine suscepti  
belli frustrati, qui est, autore Platone, quies  
& autoritas , plerunq; nos postea maiorib.

turbis & difficultatibus implicari. Postridie Ripalia de-  
ditione ex-  
pitur.

verò paci obsessi de ditione Ripaliæ &  
sua salute, vt sibi liceret ensibus solum cin-

ctis, tutò in Sabaudiam sese recipere, locum  
Heluetijs tradiderunt: Ibi præter armorum

vim & annonæ copiā, repertæ sunt maximæ  
triremes duæ cū minoribus quatuor, egre-

giè fabrefactæ, & omni nauali instrumento Incenditur  
cum na-  
uali.

instructissimæ, nimirum ad redigendum la-  
cum in Sabaudi potestatem & oppugnan-

dum etiam Geneuensum portum compa-  
ratæ, quas postea, exceptis instrumentis, vt

minimè necessariis reliqua præda à militi-  
bus direpta vnà cum ipso propugnaculo in-

iectus ignis absumisit. Sunt qui adductis ra-

ratio-

tionibus affirmare non dubitant, si vir qui-  
dam fortis & rei militaris peritus præsidio  
Ripaliæ præfuisset, in tanta auxiliorum &  
hostium vnde imminentium & equita-  
tu abundantium vicinitate, Helueticis co-  
piis re infecta & cum dedecore, nec non ali-  
qua clade obsidionem soluendam fuisse.  
Istis verò tam prosperè ac etiam præter ex-  
spectationem gestis, quum veluti Deo ipso  
præeunte pateret facilis ad interiorem re-  
gionem aditus, Sabaudo ipso Remili-  
um opidum aliquot ulterius miliaribus di-  
stantis, ad sustinendam obsidionem com-  
muniente, repente summo consensu, ne  
Bernatibus quidem, quod penè incredibi-  
le est, renuentibus: aliis, sicuti qui interfue-  
runt, referunt, sequuturam agro vastato pe-  
nuriam prætentibus, aliis conquerenti-  
bus, Gallis equitibus & sclopetariis pediti-  
bus sibi à Censio promissis & ad expugnan-  
das montium fauces necessariis sese desti-  
tui, non iam simpliciter, vt antea, sed seriò  
admodum & nō sine minis sese in Galliam  
duci postularunt iidem centuriones. Ab  
hoc intempestiuo proposito, cum nullis  
verbo-

Helvetij  
vrgent pro-  
fectionem  
in Galliam

verborum lenociniis reuocare militum  
voluntatem Censius Legatus potuisset, nec  
expressè recusare auderet, veritus ne id pe-  
ius esset, memor, procul dubio, Vir pruden-  
tissimus illius Sophoclei rectè huc transfe-  
rendi dicti: ἀναγκάσθες δύναμιν θέλωσιν, σδε  
αἱς δύναται αὐτή, nonnullis etiam Gallis for-  
tasse de suis domibus potius, quam de Ge-  
neuenibus à Sabaudo liberandis cogitan-  
tibus, petiit, vt quod corā ex illis intellex-  
isset conscriptum manibusq; ipsorum sub-  
signatum sibi traderetur, quo impetrato  
ipsemet celeribus equis Bernam aduolans  
secum id afferendum & Bernatum Senatui  
cōmunicandum duxit. Ibi siue, vt honesti-  
or p̄textus huic tam repentinę & inexspe-  
ctatę rei inueniretur, vt nonnulli suspiciati  
sunt, siue quòd res ita se haberet (in quam  
opinionem magis inclinandum existima-  
mus) Regiæ litteræ repente comparuerunt, Litteræ Re-  
quibus iubebatur Censius Heluetiorum gia.  
copiae in Burgundiæ fines traducere: quòd  
coniuratorum ingētes essent vires, ad quas  
breui etiam essent accessurę conductæ Ger-  
manorum equitum & peditum mercena-

B riæ co-

Res bene  
se habet  
auspicata  
relinqui-  
tur.

fiæ copiæ. Alij non ab ipso Rege, sed à Ta-  
uanna regiarum nunc copiarum in ducatu  
Burgundiæ præfecto scriptas fuisse Litteras  
istas testari non verentur: Lubricum itaque  
est alterutrum asseuerare. De hoc autem sa-  
tis & nimis satis constat, Censio, ut diximus  
Bernam profecto, vbi haudquam du-  
bitandum, quin res Dominis Bernatibus  
non minus certè quam præsentem contra  
Sabaudum imparatiorem, rei benè geren-  
dæ occasionem persequendi cupidis disipli-  
cuerit, peritis & cordatis viris nequicquam  
conquerentibus pulcherrimam occasio-  
nem & exploratam victoriam data opera  
negligi, veriti ne eam paullò post frustrà  
quaesituri essent, tunc vñ rerum edociti non  
ignorantes ὅτι μάτην ἐσὶ τὸ μεμνᾶσι περὶ τέ-  
των, ἐν οἷς παῖδεσσι παρεληύθασι. Φέοντεως γὰρ τὸ  
ὅραν, θεοφιλεῖας δὲ, τὸ ἔχειν, καὶ τὴν τύχην οὐ λαμβάνειν, καὶ τὸ παξόντα παιδὸν συναγωγίζειν.  
Verum cum deterior sententia, ut plerunq;  
in grauissimis deliberationibus vñ venit,  
meliorem vicisset, nec Censio reuerso ullis  
rationibus ac precibus locus apud obstina-  
citer festinantes daretur factum est, ut totæ  
illæ

Exercitus  
Regius o-  
ciosus est.

illæ copiæ ad quindecim dies & amplius i-  
gnaui ocio torpescentes, nisi quatenus mi-  
seros rusticos omnibus iniuriis obnoxios &  
immerentes, aut de resistendo nihil cogi-  
tantes opprimendo quidā desudarint (qua  
in re, vti obseruatum est, aliquot, obliti se  
militiae non latrocinijs nomen dedisse, stre-  
nuam operam suam, egregia certè cum lau-  
de, probare sategerunt) in Geneuensium  
vicinia hæserunt, vtraque lacus ripa deserta  
circumiacentem regionem omni præsidio  
nudatam (nisi quòd Bernates ad defenden-  
dam Gaiensem & Tononensem præfectu-  
ram quatuor tantum peditū signa colloca-  
rant) quamuis hostiū iniurię & direptionib.  
expositam, reliquerunt: interea Inclita Re-  
spub. Geneuensis: non ignara mali misericordie  
succurrere discens, vnde vt cum nostro lo-  
quamur Isocrate, ὅτε εὐγένειας τὰς αἴρουσ  
νας προσποντίως ἐπαυγάνθαι, tūm annonā cuius  
satis amplam copiam in futuros usus reser-  
uatam habuit, dc qua scitè orator in Archi-  
damo: μέγατί, οὐ, τε εὐπορίᾳ, οὐ περὶ τὸν βίον, γάρ  
παρὰ τῶν αἰχόντων εὐνοιά ἐστι, tūm arma etiam  
quæ sunt inermibus alioqui plurimis mili-

Moles bel-  
li Geneuea  
fibus in-  
cumbit.

Geneuen-  
sium libe-  
ralitas, prò  
ptitudo &  
beneficen-  
tia.

tibus distributa, liberaliter de promendo & suppeditando singularem suam causam hanc iuuandi promptitudinem & erga Regem Galliae studium & obsequium (erga omnes autem beneficētiam suam) testatum fecit. Die XIV. itaque mensis Maii Neocomum versus discesserunt copiæ Regiæ inde ad Lingonas per Mompelgardenium fines iter continuantes, nunc impetrato per Burgundia comitatum transitu in Galliam penetrasse & iussu regis à Domino Tauannes, equitum sclopetariorumque non contemnendo numero exceptas & deductas dubium nullum est.

Promisit tamen Genevensibus sancte Censiū, vbi copias equitum & peditum Gallorum à quibus exspectaretur receperit (cùm iam præsertim regem constet pluribus in locis, in irruptione Turonensi scilicet, & postea non procul à Turonum finibus per Nauarrenum: in Britannia per Suessonum Ducem defuncti Condēsis Principis fratrem ὄμοπάτειον: in Normannia deniq; Mompensiæ ductu, nec nō fortitudine & celeritate Domini Noxi in soluenda obsidione oppidi Senlei furorē coniuratōrum

Exercitus  
Helveticus  
per Burgū-  
diones in  
Galliam  
contendit.

Disceden-  
tis Censiū  
promissa.

Successus  
Regis Gal-  
liae,

rum compressisse & insigni victoria potitū)  
se se effecturum ut omnis hic exercitus, tūc  
futurus multò quām nunc validior, pacata,  
quod facile futurum sperat, Burgundia, in  
Segusianos, quæ est Sabaudi ditio Lugdu-  
nensi & Matisconensi prouinciæ contigua,  
totis virib. irrumpat: nec priùs communem  
hostem persequi desinat, quām vel prorsus  
eo profligato vel à victore pacis legibus ac-  
ceptis. Hęc quidem illius fuerunt disceden-  
tis consilia & promissa, quę vtī ad rationem  
belli & Geneueensium studium vicissim, vt  
par erat, promerendum, valdē necessaria &  
apposita videntur, ita spes est illum, pro sua  
singulari integritate operam daturū vt pro-  
missis stet. Etsi autem tota circumiacēte re-  
gione (qui fructus belli esse semper solent)  
pecorib⁹ partim latrōcinio ablatis & laniis  
quoque Lugdunensibus adcurrentibus di-  
uēditis, partim deuoratis, partim in urbem  
pabulo destitutam compulsis desolata, in-  
commoda isthinc adduēti exercitus sentiā-  
tur, difficultatesque cotidie & pericula se se  
offerant, ob tuendum propugnaculum  
cui hostis omnibus viribus incumbere sata-

Geneuen-  
sium fidu-  
cia & ani-  
mi constan-  
tia.

git, tamen cuidens est, Deo Optimo Má-  
ximo hæc omnia manifestè gubernante  
S. P. Q. Geneuensi animum diuinitus mi-  
rum in modum suggeri & voluntatem for-  
titer preferendi, quicquid vsu illis venerit,  
*μέντος γάρ, δι' επί αὐξεντή μεγα φεονθίτες μεγαλό ψυ-  
χούσι, καὶ μεγαλό ψυχούσιν αὐδησών, ait idem O-*  
rator, *καὶ οὐχίς τὸ ζῆν δυνατον μένως στακέμενοι  
αὐξεστὸν μέγα φεονθίτα, καὶ πολλῶν δειπνότην γε-  
νόμενον, απαλλάσσοι.* Nec etiam dubitandum  
quin amplissimo Senatui Geneuensi D O -  
M I N V S D E V S prudentiæ & constantiæ  
necessarijs adiumentis, vt semper hactenus,  
ita nunc quoque non defuturus, nec cæteri  
& fœdere & eiusdem periculi societate illis  
proxime coniuncti Bernates, præsertim vel  
sua propugnando officium facturi & pristi-  
næ virtutis atque fidei memores futuri sint.  
Hæc certè spes non solo carnis brachio, vt  
impijs qui in curribus atque equis confi-  
dūt, ita efficax est & certa, vt hostium quan-  
tumuis ferocium & Gygantum more cœ-  
lum quasi oppugnaturo minas atrocif-  
simas extremaque omnia, ob indignatio-  
nem, scilicet nihil ex animi sententia & pri-  
dem

dem susceptorum consiliorum norma &  
præscripto succedere, flocci facere facilimè  
& retundere queat, sed omnipotentis Dei  
in optima & iustissima caussa promissis, &  
tùm sociorum tūm aliarum Ecclesiarum  
Orthodoxarum, quas illi coniunctissimas  
esse notum est, nitens illam Rempub. susten-  
tat. Ex his, beneuole lector, etsi paucis, ta-  
men verissimis verbis & rei gestæ euentum  
& quo in loco turbæ istæ & ciuitatis Gene-  
uensis res sint, satis, ut speram<sup>9</sup>, intellexisti.

Quàm fortiter interea præsidium propu-  
gnaculi, (cuius antea meminimus) & felici-  
ter contra omnes Sabaudi ingruentes co-  
pias rem gesserit in conspectu & suorum &  
Ducis ipsius, & miraculosè potius diuini-  
tusque quàm suis & humanis viribus III.  
Non. Junij tantum exercitum profligavit &  
in turpissimam fugam coniecerit, hic repe-  
tere nihil opus esse arbitramur, quum ea  
vernacula lingua quàm verissimè conscri-  
pta publicè exstent.

Ad res Gallicas quòd attinet, interclusis  
omnibus itineribus rariūs & plerunq; non  
satis fide digna significantur. Delphimates

miran-

mirantur multi, in Sabaudiam sicuti con-  
uenerat non irrupisse: Sed meminisse debe-  
bamus in omnibus actionibus, multò aut-  
em magis in huiusmodi grauissimis turbis  
intestinis plurima consilia salutaria inter-  
rumpi casu & necessitate, & non voluntate  
intermiti. Nam πολλὰ μεταξὺ πέλαι κύλικος καὶ  
χείλεος ἀνεγερθεῖσι. Occitani inferioris pacatissimi  
sunt, quod eo usque coniurati non penetra-  
rint: Superiores ac præsertim Tolosates,  
qui inter coniuratos, maximè insaniuerunt

Gallia statuta misera-  
bilis. Momorantius grauiter premit. Tota ci-  
vitis huius belli moles Cifligeranam Galli-

Nauarre-  
sus Rex. am vexat. Nauarrenus ausus fese regi com-  
mittere, hostibus quidem omnibus formi-  
dabilis, bis (si prorsus est verum quod mul-  
tis ex locis nunciatur) quam optimè rem-  
gessit, aliquot signis ad ipsum Regem rela-  
tis. Et sperant omnes, (quod ut ratum sit pijs  
cunctis à Deo est contendendum precib⁹)  
fore ut illum partim summa integritas ad-  
uersus apertos hostes tueatur, partim necc-  
sitas tanta, ut eius auxilio præsenti, ne si ma-  
ximè quidem velit, carere possit, quicquid  
adhuc in Gallia prorsus non insanit, aduer-  
sus in-

sus infidias seruet. Duobus præterea locis nem-pe in Brittannia & in Normannia Regij coniu-ratos insigni cum strage superarunt. Memora-bilia in primis sunt, quæ nuperimè ad Castel-lum Chameretū in Piccardiæ finibus, ac Bon-noniam accidisse constanter affirmantur. Sed in Campania contrarium accidit non procul Trecis, & adhuc pergunt furere præcipue ciui-tates, vt planè sit adhuc Galliæ facies lacera & miserabilis. Reliquum nunc est, ante quam fi-nem scribendi faciamus, vt quasi Colophonis ac Coronidis loco à priori narratione nō alie-na connectentes quæ ex Italia ad turbas Galli-ca spectantia nunciantur, beneuolum Lecto-rem ὥστε παρόδῳ non celemus, haud dubitan-tes, plæraque more Hispanis solito, efflatius ad terrorem aliis incutiēdum, & ita astutè verbis <sup>Hispanos</sup> <sub>rum mos.</sub> exaggerari, ne hominum cogitationes & men-tes in magnis illis Hispaniæ regis ab Anglica classe grauiter vexati angustijs & periculis defi-xæ sint, sed quasi rebus omnib. saluis, integris & ex eius animi voto fluentibus, potentia eius terriculamentis à consilio & instituto nauan-di iustissimæ caussæ strenuam operam abster-reantur. Non enim prudentissimū Regem fu-git id, quòd Isocrates in Panegy: proponit γνω-

C μηδε,

Ingentes  
apparatus  
Regis His-  
paniæ.

Pontifex  
caput noui  
fœdetis.

Principes  
Italie.

Vrbinati-  
num Dux to  
nius exerci-  
tus impe-  
rator desti-  
natus.

μυκῶς, cùni ait: ἐδεις ξτως, ἔνεος ἢ παλαιος, παθυμος  
ἐστι, ὃς οὐ μέλαχεν βελήσαται ταύτης τῆς σεραίας, τῆς  
ὑπὲρ τῶν χεισιανῶν σωτηρίας τε καὶ ἐλευθερίας ἀθεοίζο-  
μένης, ὑπὸ δὲ τῆς χεισιάδος ἀπάσους ἐμπειρομένης,  
ἐπὶ τὴν τῶν ἐχθρῶν τιμωρίαν πορευομένης. De maxi-  
mis eorum apparatibus qui sacro fœdere con-  
iuncti sunt, passim iam apud nos quoque per-  
crebuisse, non dubitamus. Quinquaginta vi-  
rorum millia coactum iri quidam iactitant: in  
his decem Heluetiorum, viginti Germanorū  
millia, bonamq; partem huius exercitus sum-  
tibus Pontificis, qui caput sit eiusdem fœderis  
sustentatum iri ferunt, proximosq; ab hoc Re-  
gem Hispaniæ, Duces Sabaudiæ & Ferrariæ  
prædicant: Mantua ducem quidam addunt,  
alij hunc se excusasse & neutrarum partium es-  
se adfirmare non dubitant. His omnibus Trā-  
salpinos complures, cùm sacri tūm prophani  
ordinis adiungunt, totiusq; exercitus Impera-  
torem, Ducem Vrbinatem constituūt. Ferra-  
riensem enim, dignitatem hanc detrectasse di-  
cunt. Alij etsi de eodem fœdere nihil dubitant,  
tamē apparatus hoc tempore tām insignes vix  
exspectandos existimant, Hispano alibi impe-  
dito, Pontifice ita comparato, vt alijs author.  
potius quam adiutor ad res tantis conatibus  
& sum-

& sumtibus nouādas esse soleat: cæteris deniq;  
principib. exemplo Sabaudi recentissimo do-  
ctis, quām periculose sit in se, vulgi opinio-  
ne, maiorem potentiam prouocare hæretico-  
rum, in quos promiscuè omnes idē fœdus iam  
olim percussum, aliquoties iam renouatum di-  
cunt. Illud & verisimilius & meliorib. autorib.  
subiungitur, Pontificem dubitantem incertū  
Conſilium  
Pontificis.  
hostemne, an amicum & filium obedientē Re-  
gem Galliæ habiturus sit, in omnem euentum  
fibi prospicere ita statuisse, vt si opus sit sentēti-  
am in illum excommunicationis publicare mi-  
niore metu & maiori efficacia possit. Itaq; octo  
peditum, duo equitum millia conscribere sta-  
tuisse, iamq; huius rei ducta per ditionem Ec-  
clesiasticam initia, edictumque ipsius publica-  
tum, vt nemo exipsius subditis alienis stipendiis  
mereat, vt merentes, nisi emanendi diutius  
expressam impetrarint veniam, domum intra-  
certum tempus redeant. Postremò huius exer-  
citus Ducem Vrbinatem designatum, qui ta-  
men an domo longiùs abiturus sit multi dubi-  
tant, cùm solus sit & metuat ne occasio non  
tam ipsius honorandi, quām ita ablegandi vt  
nunquam redeat, quæratur. His omnibus ad-  
dunt urbem & agrum Auenionensem maiora

Quo in sta-  
tu Vrbs &  
ager Aue-  
nionensis.

ab eodem Pontifice requirere præsidia, quæ nisi submittantur, præfectum illis locis, de cui-denti ipsorum amittendorum periculo, si ma-ior hostium vis ingruat protestari. Consilia ve-rò & conatus eiusmodi, prout ex ipsis etiam Cardinalibus prudentiores quidam & rerum peritiores, ut importuniores & his tempori-bus minimè conuenientes reprehendant mul-tis notum est. In his Cardinalem Hohenem-psium ferunt Pontificem adiisse, eiique multis ostēdisse, haud expedire, vel ipsi vel sedi Apost: vt cum rege Galliæ acerbiùs agendo ansam ipsi cum hæreticis se arctius coniungendi, & his in Italiam ipsamq; adeò Romam inuadendi co-pijs innumerabilibus occasionem præbeat:

Pontificis animus er-  
ga Gallia-  
rum Regē. quam admonitionem eundem Pontificem in-peiorem partem accepisse & illum instantem ac urgentem vehementius è conspectu suo ab ire iussisse, hunc verò nihilominus in eodem loco & proposito permanisisse, adeò vt Ponti-fex prior ab eo discesserit iratus & in proximū cubiculum se contulerit. Significatur etiam, non modò Cardinalem Iocesium, sed etiam vtrumque regis Galliæ Legatum ordinarium atque extraordinarium Roma cum plerisque Gallis discessisse, alios etiam huius nationis ab

Franciæ  
Legati Vr-  
be Roma  
excedant.

Inqui-

Inquisitione pro hæreticis arreptos & in vincula coniectos esse. Spargunt quidam, Pontificem Sabaudo triginta millia aureorum menstrua ad belli sumtus faciliùs tolerandos suppeditare, quod alij nondum planè credunt. Præsertim cùm se scire aiunt, ab eodem Pontifice eundem Sabaudum grauiter reprehensum, qui plura de se ipse pollicitus esset quàm præstare posset nimiaque securitate & audacia sua hæreticis ianuam in Sabaudiam irruendi aperuisset. De Italorum decem millibus in Hispaniam conscribendis haec tenus fama manet. Sunt verò qui adfirment nescio quàmverè Florentinum fratri suo Petro, cui eius militis cogendi negocium datum sit, vt è ditione suavel mille viros conscribat, nolle concedere.

Vix priores literas per legere atq; amicis communicare licuit, en aliæ recentiores Roma à nonnullis, qui ad secrētissima quæque penetrare, sed conticere cognita interdum non æquè possunt, alijs quidem atque alijs verbis Italicis, sed sensu planè eodem conscriptæ, superueniunt, ex quibus apparet priora terriculamenta immanium illorū apparatum & Hispanorum ampullas & sesquipedalia verba nonnihil refixisse: Verùm summa earum ita se habet: Ingentem quidem percepisse Pontificem Max. dolorem, ex euentu sinistro adeò & inopinato rerum Gallicarū & Allobrogicarum: Multò verò grauiùs hac ipsa re eum affligere, quòd consilia ipsius nō alij tantùm, sed quidam etiam ex ipsis Cardinalibus, vt præcoccia reprehendere non dubitant. In his Cardinalem Altempsiū eò prorupisse audaciæ, referunt, vt diceret, nisi mu-

Cur Sab-  
audus à  
Pontifice  
reprehe-  
sus.

Miles Ita-  
lus pro Hi-  
spania con-  
scribendus.

taret sententiam, ne in eo quidem ipso conclavi, quo tum  
erat, aut illo loco Romæ tutum fore, ab hæretorum rabie &  
furore, qui certatim in Italiam confluxuri in sedis Apost. per  
niciem essent. Ad tantum verò dolorem quasi cumulum ac-  
cessisse perhibet, quod hinc Sabaudi, hinc sacri fœderis Legi-  
gati, exprobrare ipsi quodammodo non sunt veriti, eos qui  
sedis Apost. causâ se suaq; omnia in summum periculum con-  
ieciissent, adeò ab ipso negligi & contemni, ut promissa auxi-  
lia nulli adhuc precibus vel obtestationibus obtinere potue-  
rint: at contra illum de Sabado excusasse, quæ is iuuenili  
feruore, præter pacta conuentata tentasset, nimiaq; præcipi-  
tantia perdidisset, ea se præstare neq; posse neque debere: se  
quidem ab initio causam probasse occupati ab illo Marchio-  
natus Salussiani, ne per eum hæretici in Italiam irruerent:  
illud autem nunquam consensisse, ut eiusdem ditionis arces  
aliquot solo æquaret, nullisq; dum instrutus viribus, maio-  
ria audacia quam prudentia Heluetios in se prouocaret. Con-  
iuratis autem in Regem Galliæ spem auxilij fecit potius quam  
eadem præstat haec tenus, valdeque dubitatur, an vel hi, vel  
Sabaudus, quem diximus, summam maiorem villam ab ipso  
obtenturi sint. Nihilominus de nouis tributis conflandæ im-  
mensæ pecuniae studio cogitare, decimam ab universo Italie  
clero, & portorij nomine à singulis frumenti modijs duos  
Iulios exacturus affirmatur, maiorine lucro an dispendio?  
cùm odium in se populorum, vix iam nunc sustineat, hac yna-  
ratione aucturus maximè & cùmulaturus sit. Nam quod Hi-  
spani potentia, nemini non suspecta & exosa, auxilioq; in o-  
mnem euentum tutus fore censemur, id anceps admodum vi-  
detur atque lubricum, cùm incertum adeò sit, quem exitum  
tot & tantabolla, quibus ille sua culpa circumuentus est vn-  
diq; habitura sint, tamq; affecta & adflicta valetudine, tan-  
taq; virium imbecillitate, sexaginta sex annos natus circi-  
ter, diuturnior fore vix credibile sit. Curæ quidem & solli-  
citudines, quib. dies noctesq; cor exeditur, haud illi multum  
ad vitam diurniorem proderunt. Quamobrem cruciari il-  
lum dissentaneum non videtur, sibi tot regnorum atq; popu-  
lorum

Iorū domino & plerorumq; opinionē paullò antē inuicto,  
mulierculam, cuius ipse ditionem omnem, p̄eunte Pontifi-  
cia donatione atq; inuestitura, spe iam dudum detuorasset, tā-  
tum facessere negocij, tantaq; hoc tempore audacia esse, vt in  
ipsum inuadere Hispaniam, eamq; ferro igniq; tentare non  
vereatur? Hęc illi tanta παρρησία, quasi certissimam cladem  
Φθαλμοφανῶς (vt Chrysostomi verbo vtamur) pr̄äsentisce-  
rent, scribunt, quantam vñquā aliās usurpare non memini-  
mus. Litteris Hispanicis cōfirmatur, classem quidem An-  
glicam in Coronnæ portum iam appulsam, arceq; illius p̄e-  
fidiarijs interfectis potitam esse, famamq; de Mauris in Gra-  
natæ Regno tumultuantibus, incertam tamen spargi; non  
quieturos certe verisimile esse, pr̄äsentim si classis eadem pro  
piùs ad ipsos accesserit, & Rex Fessius illius ope militem in  
Hispaniam traiecerit, aut bellum Hispano in Africā moue-  
rit: ad hunc quidem & Lusitaniam quoq; tuendam triremes  
omnes Hispanicas, quæ in Italia sunt, exceptis XVI. in Hisp.  
euocatas, militemq; Petro Medici, cuius superiùs mentio fa-  
cta, partim in Regno Neapolit. partim in Hetruria & alibi  
conscripti negocium datum, sexque aut decem millia in Hisp.  
missa iri, confirmatur. Hetruriæ quidem Magnum Duce-  
ratione Principatus Senensis, quam eius beneficio tenet, de-  
lectus non penitus prohibere posse, fācem itaque ditionis  
omnem exhaustire, & inutili turba dimissa optimum quenq;  
belloque aptissimum sibi reseruare. Eundem Pontificem id  
ágere, vt Veneti Regem Gall. eō adigant authoritate & in-  
tercessione sua, vt in speciem saltē aliquo modo morem  
gerere possit ip̄si, quām excommunicationis fulmen (quod  
aliās paſsim flocci fieri, pr̄äsentiscat) maiore suo cum p̄r-  
iudicio & autoritatis iactura, euibrare frustra cogatur, ali-  
unde emanat. Satis quidem constare aiunt, ipsum varia suspi-  
candi & sibi prospiciendi rectius occasionem ijsdem Veneti  
incautiū loquendo dedisse. Haec enus ex litteris Romanis.

At penè obliti fuissemus, quod primo loco ponendum  
fuerat, Duce Medinam Sidoniam infelicem illum & in-  
glorium

glorium Classis Hispanicæ præfetū, aut conscientia rei ante annum malè gestæ, & quod nullum sibi in posterum ad Regis Philippi & successorum gratiam aditum patere ominaretur, aut quia insidias etiam vita suæ strui animaduerteret, sponte sibi exsilijs pœnam elegisse, solum patrium vertisse, & cùm nuper exsiliū suū Regi Galliæ frustrā se commendasse videret, ad Regem Fessiæ, susceptis Mahometanis sacris, abnegataque Religione Christiana defecisse, à plerisque, incertum quidem quam bonis autoribus, affirmari intelligimus: Hinc multi coniiciunt, Parmensem Duce, cui cum Sidonia eadem infelicitas non solum communis fuit, sed etiam quantumuis aureos montes pollicitus haec tenus nihil laude & expectatione dignum gesserit, sed plerunque euentu frustratus fuerit, huius viri casu vehementer commoueri, & morbo potius animi quam corporis laborare.

τῷ θεῷ δόξα.













